



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Narbonense, De Finibvs Dioeceseos Inter Vrgellitanvm & Pallariensem controuersis celebratum, anno Domini DCCCCXL. sub Stephano VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

52 STEPHANVS C. NARBONENSE. OTTO I. IMPERATOR.
P. VIII. LUDOVICVS IV. R. FRANC.

in ostio coemeterii , in ostio ecclesiæ , in ostio chori coram presbytero ipsius ecclesiæ , & hoc presbyter ille in placito domini testatus fit, cuius verbo credendum est tunc. De furto * *Kyßvyn* non sit contentio iuramenti, id est *reith*, super aliquid, nisi prius fuerit *manac* in curia.

* id est,
commun-
icatio.

CONCILIVM NARBONENSE,

ANNO
CHRISTI
940.

DE FINIBVS DIOECESEOS INTER VRGELLITANVM
& Pallariensem controuersia celebratum, anno Domini
DCCCCXL. sub Stephano VIII.

NOTA.

Acta Con-
cilii quæ: *Concilium.*] Hæc Synodus, teste Mariana de rebus Hispan. libro
8. celebrata est apud Narbonam, in opido cui nomen Fons cooper-
tus, in qua controuersia agitata reperitur de finibus dioeceseos inter
episcopos Vrgellitanū & Pallariensem, decretumque ut Pallaria vrbs
sua sacra repeteret ab Vrgellitano episcopo. Hæc Mariana anno 940.

CONCILIVM SVESSIONENSE,

ANNO
CHRISTI
941.

CVIVS DECRETO HVGO HERIBERTI COMITIS
filius, deiecto Artaldo, Rhemorum archiepiscopus
consecratus est anno DCCCCXLI.

DE episcopatu Rhemensi post obitum Seulfi archiepiscopi diu-
turna & ances fuit altercatio. Nam cum Heribertus comes
Seulfo mortuo anno DCCCCXXV. Hugonem filium suum adhuc
quinquennem eligendum curasset, ecclesiamque illam interea pro ar-
bitrio administraret, sexto post anno Rodulfus rex, capta vrbe
Rhemorum, Artaldum e sancti Remigii cœnobio monachum in ea
sede ordinari iussit anno DCCCCXXXI. Artaldum Heribertus post
annos octo & menses septem, Rhemorum vrbe iterum in potestatem
suā redacta, episcopatu cedere & abdicare se coegit anno DCCCCXL.
Tum anno inseguente Synodum apud Sueffiones conuocauit, cuius
decreto Hugo filius, iam ceteris ordinibus initiatus, Rhemorum ar-
chiepiscopus consecratus est. Flodoardus in chronico: Anno, inquit,
DCCCCXLI. Hugo & Heribertus comites episcopos con-
uocant Rhemensis dioeceseos. Qui conuenientes apud
Sueffionem in ecclesia sanctorum Crispini & Crispiniani,